

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia at
cum fonte primo

Excepta sapiencia nichil melius
datum est homini a diis immortalibus
amicicia.

→

Est enim amicitia nihil aliud
nisi omnium divinarum humanarumque rerum
cum benevolentia et caritate consensio; qua
quidem haud scio an
excepta sapientia nihil melius
homini sit a dis immortalibus datum.

←

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 20
(J.G.F. Powell ed., p.328, ll.13-17).

Quid enim dulcius quam habere cum quo omnia
audeas sic loqui ut tecum?
Quis esset tantus fructus
in prosperis rebus nisi haberes amicum qui
illis eque ac tu ipse gauderet?
Adversas eciam ferre difficile esset
sine eo qui illas grauius eciam quam tu ferret.

Quid dulcius quam habere quicum omnia
audeas sic loqui ut tecum?
Qui esset tantus fructus
in prosperis rebus nisi haberes qui
illis aeque ac tu ipse gauderet?
Adversas vero ferre difficile esset
sine eo qui illas gravius etiam quam tu ferret.

Tullius ibidem (de amicitia).

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 22
(J.G.F. Powell ed., p.329, ll.6-11).